



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Sectio II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

Et aculum commouit, & commouet adhuc post annos tercentum & sexdecim. Vistur enim caro, vistur sanguis vitreis ampullis inclusus, ad tantam rei memoriam sempiternam, neque post tantam temporum spacia quicquam ex ijs est correptum aut tabefactum.] En quo pacto Deus tam manifesto miraculo nefarium muliercule sortilegium inhibuerit. Sed nunc videamus, quæ vis huius sortilegij amatorij,

SECTIO II.

d Legist. in d. s. ad ic. & d. s. qui abortionis. Azon. tit. C. de ma. fic. & mathe. Oldra. cõ. sil. 210. Godefr. & Ange] in l. coru. C. de ma. fic. Alberic. rub. C. de hæ. et. Vita. ca. 8. de ma. l. Gril. d. q. 3. 21. p. 15. Triaq. d. l. 13. & tract. de pæn. mi. au. petr. loyer. d. c. s. Ant. Guibert. Menoch. Clari. Fa. rinac. & aliorum. Canonist. vero vt Hostien. in sum. de

Dico primo; hisce philtris volunt as nullius cogi potest, ad quæ non vult amandum; sed bene potest imaginatio perturbari, humores concitari, & totum corpus interius quasi accendi, adeo vt quis, damone varijs tentationum illecebris interius certante, astro quodam libidinis vexetur, & sic vehementer trahatur ad desiderium carnalis copula cum aliquo in genere, quod si tum temporis maleficius amator accedat, & artibus, quibus solent muliercula capi, eam instanter urgeat, vel demon de illo vno tam assidue memoriam & phantasmam moueat, exhibendo speciem circumstantiarum, propter quas amore dignus videatur, & subtrahendo eas, quæ indignum redderent: facile fit, vt in nassam præcadat.] Atque hæc est ratio & modus, quo per ista diabolus solet decipere: vulgus autem nequit distinguere inter actiones voluntatis, & motus concupiscentiæ, imperusque portionis inferioris. Vnde non oportet credere ijs, qui quæue causantur coactionem voluntatis, verè enim nolendo volunt, & vellent abstinerere, sed volunt peccatum committere.

Hæc sententia communis est Iurifconsultorum & Theologorum, e probatur primum, Leorum. C. de malef. & Mathemat. vbi Constantin. Imperat. ait, aut pudicos annos ad libidinem de-

A flexisse intelliguntur: non (ait) coegisse, sed ait, deflexisse: ideo, si lex Rhemia vigeret, VVierus hic non effugeret frontis inuisionem, nimis quam manifestò imperatoriam sanctionem calumniatus.

B Secundo probatur ratione, quia multa sunt pharmaca, quæ vim habent naturalem turbandi humores, irritandi semen, excalefaciendi totum corpus; & si nullæ res tales inuenirentur, posset dæmon rebus, quibus vellet, vt, tanquàm signis conuentis, & deinde iuxta pactum ipse per se, & turbationem, & flatulentiam, & prurimum, & calorem in corpus inducere, simulque personæ certæ importunam suggestionem imaginationi, quasi valde dignæ amari, objicere; & sic in huius amorem inlectere posset; sed volentem tantum. Nam in voluntatem, propter arbitrij humani libertatem, nulla dæmoni iurisdicctio, nulla coactio competit: quæ omnia superiori libro probauimus, q. 24.

C Tertio probatur exemplis, vt Marci Antonij Triumviri apud Plutarch. & alterius, de quo Cleodemus apud Lucianum; vt Marci hæretici & Magi, apud D. Irenæum: puellæ adductæ ad S. Hilarionem, apud D. Hieron. Iosaphat Regis & Thedæ magi, apud Damascenum, in vita balsam. Iustinae & Cypriani magi, apud Nazianzenum & Nicephorum, (de quo consule Pamel. in vita D. Cypriani) vt etiam hæretici cuiusdam apud D. Epiphani. qui, quod paulo antè exempli narrationem, dixerat à Mago coactas mulierculas; id intelligendum, de vehementi persuasione & forti inclinatione, non de necessitatis absolutæ coactione. Valentianiani quoque Imp. apud Procopiū lib. 3. de bello Vand. Marcellinæ apud Gregoram lib. 3. stratidis cuiusdam apud Calchondylam lib. 2. Item probatur Hi-

D **E**

mag. s. quæ sciatiam Antiaz rubi, de fortil. Ancatan. in c. ex arum, & Abb. c. in tabulis eod. tit. id. Ancar. in c. accusat. s. sane de hæret. in 6. Squilla cent. deo. de Can. c. 8. T. in c. 6. p. fortianus 33. q. 1. D. d. Tho. & S. Bone & Palud. in 4. d. 34. Spreng. Malle-pa. 1. q. 7. Caltri. de iust. hære. p. c. 5. Mich. Med. l. 2. de recta in Deum. fid. Ange. silu. Ro. sel. Fun. Caer. Graffus. & alii S. mistæ. Binslin. d. leorum. q. 1. Ang. & alii omnes quod scit & ex medicis in reg. libell. de Phil. tris Ican. storia Bekellus.

Plutarc
in vita Ma
Ant. Lu
cia. in Phi
lofede.
Irenz. l. i.
c. 9. D. H.
er. in vita
S. Hila.
Greg. Na
ziãz. orat.
19. in lau
Cyprã. &
Niciph.
1. c. 27. E.
piph. h. i.
to. 2. con
ua hãref.
Ebionita
D. Greg. l.
1. Dial. c.
4. Nicet. l.
4. histor.
1. 3. in E
pist. ad E
phefc. 6.
g Super. c.
3. Nahum
4. Calsian
coll. 7. ca.
32. Ofez
4. v. 12.
Baruch.
3. v. 42.

floria Basilij Pseudomonachi & iuuen
culæ monialis, de qua D. Greg. Magn.
egit; item Sceleri Sethi, de quo Nicetas
flegite illa accuratè, & inuenietis inie
ctam propensionem, sed defuisse neces
sitate parendi.

Quartò probatur auctoritate SS. Pa
trum, vt omittam Epiphani. Irenæ. &
duos Grego. iam citatos: probatur au
thoritate Arnobij lib. i. contrã Gentes
D. Hierony. dum docet quosdam dæ
mones amoribus & amatorijs canticis
deseruire; & alibi maleficia contendit
vim habere, vt amemus quæ odisse de
beremus; & detestemur, quæ nos ama
re decuisset. h. Calsianus quoque, Incent
tores, ait, libidinum atque luxuria quosdam
spiritus esse propheta commemorat, Spi
ritus, inquit, fornicationis decepit eos, &
fornicati sunt à Deo suo.]i non. quæro,
an rectè explicet dictum Olee; sed
quid senserit ipse, id aperte testatum
alfero.

Denique probatur S. S. locis esse ali
qua huiusmodi maleficia. Nahum. 3.
v. 4. Propter multitudinem fornicationum
meretricis speciosa, & grata, & habentis
maleficia: quod de his rectè noster
Fran. Ribera fuit interpretatus. Apud
Baruch. in epist. Ierem. nisi fallor,
mentio habetur maleficij amato
rij concremationis, verba sunt ista;
αἱ δὲ γυναῖκες περιδέσονται σχοινία ἐν ταῖς
ὀδοῖς ἐκ ἀδύτων, δουλώσασιν τὰ πτόρα. ὁ
ταὺν δὲ τῆς ἀδύτων ἐπαχθυθεῖσα ὑπόσι. ὁ
ταὺν πτόρα ποτιομένην νομιμὴν, ταὺν πλοσίων
ὀνειδίσει, ὅτι οὐκ ἤξεῖται, ὡς περὶ χυ αὐτῆς, οὐκ
τὸ σχοινίον αὐτῆς διεσπῆ γῆ. Qua vulgatus sic
vertit: Mulieres autem circumdata funibus
in vijs sedent, succedentes ossa oliuarum.
cum autem aliqua ex ipsis, attracta ab ali
quo transeunte, dormierit cum eo, proxima
qua exprobrat, quod ea non sit digna habita,

A sicut ipsa, neque funis eius diruptus
sit.]

Qui locus insignis, adhuc densis ob
fidentur tenebris, ignorantia antiquita
tis. Vnam eius partem, quæ de funicu
lis est, nobis Herodotus clarissime ex
ponit. libro primo, vt habet versio Lati
na (Græco nunc exemplari careo) in
hæc verba: vna iisdem Babylonis lex est, o
mnibus modis execranda. Nempe omnibus
mulieribus indigenis commune est, semel in
vita ad Veneris templum desiderantibus, cum
externis viris consuetudinem habere. Cate
rum cum pleræque sint diuitiis tumentes, quo
suis copiam facere reculent, hæc vehiculis ca
meratis subuectæ, pro templo consistunt, re
lictæ interim à tergo magna famulitii tur
ba. Pleraque etiam hunc in modum faciunt,
ad templum Veneris sedent, nodis, corollisq;
tempora reuinctæ, è quibus dum alia seorsum
abeunt, alia regrediuntur. Nam diuerticula
vndecunque sic funiculis distincta aditum
præbent externis ad mulieres illas, quam
cuique libuerit diligendam. Porro cum semel
illic confederint, non prius domum regre
diuntur, quam hospitum aliquis, pecuniam
mulieri in sinum iniecerit, & cum eadem à
fano seorsum abducta rem habuerit. Hospitem
autem illum, qui pecuniam obtulit, dicere o
portet: anti ego tibi Deam Mylittam implo
ro. Mylittam enim Assyrii Venerem appellat.
At vero pecuniam illam, quantum acunque sit,
non est fas reuicere, siquidem in sacrum con
uertitur vsus. Neque mulieri etiam per
mittitur hospitem aliquem repudiare, sed
quicumque is est, qui pecuniam obiecerit pri
mum, hunc illa sequitur citra delectum. Po
stremo vbi iam congressa fuerit cum exter
no mulier, Dea expiata, domum reuertitur.
Iam, qua forma sunt elegantiore, citius (vt
par est) expediuntur: qua vero deformes,
diutius coguntur desiderare pro templo, ante
quam legi faciant satis.

B
C
D
E

Fit que interdum, vt vno atque altero an
no, aut etiam triennio, atque diutius expe
ctare

ctare

stare oporteat miseris. Alicubi, nempe in Cypro, similis quadam lex est.] Haecenus Herodotus, ex cuius narratione facile intelligas, quibus funiculis circumdatae dicantur; & quis funis disruptus: nempe is qui semitam ad illam faciebat; nā discedens hunc disrūpebat, vel hospes, vel ipsa foemina: sed & illud intelligitur: vltimo loco, cum obijcit funem non disruptum, deformitatem exprobrari, quod eas mortalium nullus cubili dignetur. Quare retracto, quæ olim hac de re publice Louanij dictaui, ea referens ad nodos, & ligamina amatoria, de quibus egere veteres poetæ.

Virgil. Eclog. 8.

*Terna tibi hæc primum triplici
diuersa colore.*

*Licia circumdo, terq; hæc altaria
circum*

Effigiem duco.

Nempe amati simulachrum. ligabant conceptis verbis, vt apud eundem:

*Necte tribus nodis ternos Ama-
rylli colores,*

*Necte Amarylli modo, & Vene-
ris, dic, vincula necto.*

Valerius, in Cyri, addit & aliud, in sinum dispuere ter:

*Terque nouena ligat triplici di-
stincta colore*

*Fila, ter in gremium mecum, in-
quit, desue virgo,*

*Desue ter virgo, numero Deus
impare gaudet.*

Memesianus, Eclog. 4.

*Hæc eadem nobis, quæ versicoloria
fila,*

*Et mille ignotas Micalæ circum-
tulit artes.*

A Erant hæc fila, vt plurimum, lanea, & rhombo torquebantur, vel deuoluebantur ab orbe, vel glomo: Propertius, lib. 3.

*Improbæ non vicit me moribus il-
la, sed herbis:*

*Staminea rhombi ducitur ille
rota*

*Illum turgentis rana portenta
rubetæ,*

B *Et lecta è sectis anguibus ossa
trahunt,*

*Est strigis inuenta per busta ia-
centia plume.*

*Cinctaque funesto lanea vitta
viro.*

Hoc est vitta lanea suspensio: quod & ipsum magicum. Et lib. 2.

*Deficiunt magico torti sub carmi-
nerhombi.*

C De trina disquisitione Tibullus, Eclog. 2.

*Hæc mihi composuit cantus, quis
fallere possis,*

*Ter cane, ter dictis desue car-
minibus.*

Sed ad rem, magicum mysterium, cuius meminit Ieremias, & à quo populum Dei dehortatur, est adoletio, τριτόρον, de cuius vocis significatio-
ne non omnino res certa, nam ceteri vertunt, *furfures*, noster verò, *ossa oliuarum*, inter quæ quid melius & fidelius versum, certius defini posset: si Hebræa illa epistola exstaret, nunc de Græcæ vocis significatio-
ne decisio pedit. Puto non vnam esse significatio-
nem huius vocis. Hesychius, τριτόρα τὰ τῶν σιτωῶν κριτῶν φλοῖα: sane hu-
iufmodi tritici vel hordei furfures, siue pelliculas, quæ molendo secernuntur (sic etiam Dioscorides & Theophrastus usurpant) succendi solitos in ve-
nesicio

oliuarum carnes, siue cutim (nam in his oliuis cutis potius quam caro) sed solidas oliuas cum nucleis offeis adolebant: nimirum duritiam illam sibi inuisam hoc pacto mollituræ, & corda ferrea amore liquaturæ. Si *surfures*, vertas, perit elegans ista mysterij magici analogia. Verisimile est cum ista vrerent addidisse, quod solemne reperio: sic se ossa hospitem vrere, vel, in hospite suo hæc se adolere: vel precari, vt sic hospites earum amore torrentur: quæ omnia Virgilius & Theocritus poluere. Demum sic adusta & in cineres redacta spargebant in ventum iacta trans caput. Theocritus:

*ἀλλ' ὄψιν τοι πρῶτον ἀνέχ' ἰάνου, ἀπ' ἰνι
πυρός*

*Farina primum, igne liquefcunt, sed dis-
perge.*

Virgilius:

*Fer cineres Amarylli foras, riuoque flu-
enti*

Transque caput iace.

Sed hæc satis vel nimis, de loci Baruchi explicatione, quæ si probetur, bene erit: sin, meliora expecto. Et oportune post annum quartum quintumve postquam hæc à me primum edita, vt in Hispaniam redij, ostensus mihi liber singularium hominis è nostris eruditi, & industria singularis Martini de Roa, qui lib. 3. cap. 9. & 10. fufe in hunc Baruchi locum disquirat, dissentit in nonnullis. nam c. 9. funes hos putat esse, *Zonas iunceas*, meretricum vilium insignæ. hoc nõ conuenit cum Herodoti verbis, qui (vt ego) exponit de funib. quibus lectulũ suum cingebant, & quod addo de illis autæa vel centones suspendebant, ita cellam suam à cæteris quasi domunculam diuidentes. Deinde funiculi ruptionem putat esse idẽ quod apud

A veteres zonæ solutionem. Verum hoc in meretriculis locum nõ habet. nam virginum hoc proprium erat in primo congressu, iuxta illud quod zona posset soluere virgineam. res nota, non pertinere ad quemuis coitum. Bene quod idem cap. 10. illud de iunco & zona quoque retractat, & funiculos capit, vt dictum debere. Recte autem docteq; probat funiculorum ruptionem intelligi de tẽtorij seu tabernaculi ablatione, sicut Iere. 10. 20. Nam post coitum redibat domum mulier, iam lege soluta. Quæ interpretatio cum sit & simplicissima & accommodatiss. miror cur mos quasi deserens, tertiam delicijs amatorijs, & sectorum nodis florumq; corollis addiderit, quæ mea sententia nec Herodoto, nec Barucho consentanea est. Attigerant hunc locum Gueuara in Habac. & Perer. in Daniel. sed attigerant, vel potius insinuarant, quam interpretati. Roæ liber mihi non visus, nisi diu post primã editionem meam: post quam etiã plus anno editus. Potuere eosdem scriptores legentibus, eadem in mẽtem venire. Hinc patet, vel iuxta hanc primã concl. nostram intelligendum Burchardum: vel errorem subesse eius sententiæ, lib. 10. cap. de arte magica cap. vii.

E Sit secunda conclusio quæstionis, hæc philtre & menti & corpori vt plurimum valde noxia sunt.] Nota minus esse noxia, quæ non dantur intus sumenda, quia si per nudas incantationes facta, vt plurimum solum nocent menti: si per illigationes aut contactum extrinsecum, etiam corpori solent nocere, si habeant venena mala admixta, quod in his non frequens: si vero dentur in potum & cibum, solent vt plurimum valetudinem ve-

menter

menter debilitare, & de statu mentis deijcere. quia eorum ingredientia solent esse admodum periculosa: ut fluores menstrui, sperma (ut patet ex vetustis libris Pœnitentialibus) cerebrum felis, vel asinini pulli, vterus hyene, virga lupi, remora, ossa rubete, scinci, & præ cæteris (quod vocant) Hippomanes: quod est triplex, ne quis fallatur: vnum cuius mentio apud Theocritum, in Pharmaceut. tradit esse plantulam quandam Arcadię: alterum, quod vt canit Tibull.

Virus cupida stillat ab inguine equa.
& Propertius.

Hippomanes fœta semina legit equa,

Qualis est suum apria: tertium, pellicula quæ reuellit a fronte pulli equini recens editi, cuius odor equas in furorem redigit, de quo Aristoteles a. Plinius, Columella, & Virgil. & alij. Quam hoc noxium sit docet interitus Caligulæ, qui mortuus, cum ei Cesonia hoc potadum porrexisset, vt narrat Ioseph. b. & Suet. & Iuuen. eo respexit: *Vt auunculus ille Neronis:*

Cui totam tremuli frontem Cesonia pulli

Infudit: & mox vt est in 4. M. S. libris,

Tanti partus, equæ quantum vna venesica constat.

De cunctis autem philtis Ouidius prudentissime:

Nec data profuerit pallentia philtira puellis,

Philtira nocent animis, vimque furoris habent.

Euseb. testatur his Lucretium poetam primo demetatum, deinde furoris impatientia seipsum interemisse. de Lucullo prodidit Plutarchus, his eum primo actum in furorem, mox etiam interemptum e. de quodâ similia nar-

A rat Aristot. *Virgo illa incantata à Basilio* (vt ait D. Greg.) *febricitare incepit, & vehementer anxari, magisque vocibus cum stridore clamare. Modo moritura sum, nisi Basilius monachus veniat, & ipse mihi per sua curationis studium salutem reddat.* En verba mente captæ, & corpore languentis. Illa vero, de qua D. Hier. scribit, postquam amator, magicis artibus instructus, ac Aesculapij sacerdotibus, redijt, & subter limen domus puella tormenta

B quædam verborum & portentosas figuras sculptas in aris Cyprij lamia defodit: & ilico amore insanire virgo, & amictu capitis abiecto rotare crimen, stridere dentibus, inclamare nomen adolescentis: in ignitudo quippe amoris eam in furorem verterat. De tribus ordine Abbatibus, successiue ab eadem fortitaria toxico amatorio necatis, lego apud Spreng. de Frid. duce Austriæ, electo rege Romanorum quem Lud; Bauarus vicit, auctor est Cuspianus: de Stephano quodam equite Neapolitano, Anton. Panhormita: de puella, cui amator membranulam inscriptam in sinum iccerat, & narrationem, & iudicium nobis proponit Pet. Leloyherius: quare cum tam noxia soleant esse philtira merito

C Athenienses Temniam sagam morte mulctarunt d. & nimis laxi fuere Areopagitæ, cum alteri, mortuo eo qui acceperat e. ignouerunt: prudentissimeq; iura ciuilia: quibus seqq. pœnæ receptæ: de quibus, quo ad praxim acturi sumus fusius, lib. 5. Sct. 16. nunc breuiter. Si præbes amatorium quid, non adhibuit magicam superstitionem, nec mors secuta fuit: pœna relegationis & damnationis in metallum olim puniebatur f. hodie iudicis arbitrio extraordinarie punitur g.

D Quod si mors fuerit secuta, quam vt plurimum sequi tradidit Hippolytus

care. in Lucul. Arist. in Magn. Moral. D. Greg. d. c. 4. Hier. in vita D. Hier. Spræg. part. 1. q. 7. Caspini. in Ludo. Bauaro. Ant. Panhorm. lib. 4. de reb. Alfon. i. Per. Leloyher. lib. 1. spe. 1. 5.

d Demost. contra Aristogitonē. c. Arist. l. x. Mag. Moral. c. 17.

f d. s. qui abortionis. g Menoch. de arb. iud. ca. 358.

Binsfeld.
in d. l. eo-
rum. q. 3.
b. in l. eius-
leg. Corin-
de scar.
dem. D. ad
c. libr. 5. re-
cept. ser. i.
tit. ad leg.
Corn. de
scar.
d. libr. 1. q.
iur. ca. 16.
num. 1.
c. l. nemo
aruspicem.
Et ibi Dd.
C. de ma-
lef. Et ma-
the. Et sic
intell. Me-
noch. de
arbit. cas.
388 nu. 5.
farg. l. 1. §
ex. Sena-
ruse. D. a.
leg. Corn.
de scar. Et
ibi Bar. Et
Maroch.
d. cas. 3. §.
num. 7.

de Marfil. Insignis Criminalium iudiciorum tractator b. tum, si ob malum finem præbuit philtum (utpote causa abortus, vel illiciti amoris) siue tum adhibita sint artes magicæ siue non, mortis reus censetur, ex communi sententia iuris interpp. *argum. d. §. qui abortionis*, quod & olim prudentum opinione receptum Iul. Paulus tradidit c. neque id acerbum debuit videri Antonio Guiberto d. dignum enim plane supplicio malus adeo animus, fini improbissimo, per summum periculum & pessimum exemplum studens. Quod si non dedit ob malum finem, sed bonum (ut puta ad arcendam scæminæ sterilitatem, ad conciliandum mariti animum à se immerito alienatum,) tunc si accessit ars magica, adhuc punienda est audacia lethali supplicio capitale est enim his uti artibus esse vero non adhibuit quicquam magicum, sed naturalibus vta fuit, quæ putabat non nocitura, extra ordinem n. itus punienda est, citra mortem. Hæc verò, si desit hærelis suspicio: hæc accedente, quid dicendum, videbitur. *d. feci. 16.*

Hum. nam vindictam præuenit aliquando diuina ultio. Siffridus presbyter, in Chron. suo narrat ann. 1260. accidisse, ut adolescens quidam in Misnia, ut suis potiretur amoribus, à Mago in locum adiuam desertum deduceretur: cui cum spectum, puella illius quam amabat imagine, per malefici incantationes se obtulisset: amator ille perditus, manum ei porrigens, à malo demone parietibus alliditur, & miserabilem in modum necatur: qui eius quoque cadaver tanto in Magum impetu proiecit, ut semianimis longo tempore iacuerit.]

Inunc & animam committe ignibus doloso hoc pulueris magici man-

telio contectis. Nonne potius audiendus Phocylides: qui cecinit, omnino fugiendas amatorias incantationes & philtia: idque verum, etiam quoad coniuges, quia etiam si conciliarent amorem (quod nunquam vel raro contigit) tamen semper, ut minimum, reddunt debilem, attonitum, & mentis emoræ: quemadmodum piscibus (acuta & apta est Plutarehi g. similitudo) accidit, qui nō retibus vel hamis, sed medicamentis capiuntur.

SECTIO III.

Restat de remedijs videamus. & constat, ex dictis, inutilia esse antidota contra philtia, & remedia illa Gentilium: quæ per incantationes aut lustrationes quasdam fiebant: quæ Christianis etiã profus illicita sunt. Virgil. 4. Æneid.

Hæc se carminibus promittit soluere mentes

Quas velis, astalys diras immittere curas.

vere dicit. *promittere*, nec enim præstabat. Tibullus lib. 1.

Quid credam? nempe hæc eadem se dixi amores

Cantibus aut herbis soluere posse meos.

Et me lustravit redis, & nocte serena

Concidit ad magicos hostia pulla Deos,

Non ut totus abesset amor, sed mutuus esset,

Orabam: nec te posse carere velim.

Putabant enim his lustrationibus alterutrū euenire, vel ut amore liberarentur, vel votis potirentur. Nemesianus, inducit pastorem quærentem hæc omnia sibi in casum cecidisse:

Quid

g in con-
galib al-
monum-
bu.

G

D

E